

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

X

THEMA XIII. EX NOVO TEST. 447

possimus facere, Christo dicente, Matth. 5. v. 36. quanto magis ipsa vita & anima nostra in Dei est potestate, & non in nostra. Monemur ne temere & contra Dei voluntatem vitam & corpus in discrimen adducamus. Qui amat per eulum peribit, 5yr 3.v.27. Non enim tentandus Deus, Deut. 6.v 16. Custodiunt angeli, Psal. 91.v.12. in viis tuis, id est, vocatione. Ibidem.

F I N I S.

THEMA XIII.

Luc. 16. v. 33.

Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

D I S P O S I T I O.

Desumpta sunt verba paucula ex prolixa illa Christi concione, in qua non tantum de excidio Hierosolymitanis, sed etiam de nouissimo die & interitus mundi, erudituit fuos auditores, paulo antequam pateretur Hierosolymis. Utque nihil dubitarent de his, addit, verbum suum, quod de fine seculi protulerit, multo esse solidius, quam cœlum & terra sint. Fore enim, ut cœlum & terra aliquando perent: nihil tamen de verbis suis periturum, quin omnia potius abunde complectum iri. Et hæc eadem verba non hictantum, sed & Matth. 24. v. 35. & Marc 13. v 31. descripta extant, ut intelligatur serio hæc à Christo agi.

Nos itaque 1. de transitu cœli & terræ, 2. de firmitate verbi diuini dicemus.

I. Pars.

1. Constat nobis ex scripturis, cœlum & terram non fuisse ab æterno, sicut olim fenserunt gentiles: qui ignorabant scripturas: sed hæc à Deo condita esse in tempore, scil. ante annos 5570. Hic enim præfens annus ab incarnatione Christi est 1608. ab exordio mundi 5570.

2. Sic.

2. Sicut autem scimus , cælum & terram in tempore
creata: ita scimus suo quoq; tempore iterum esse transi-
tura & peritura, nec fore æterna. Vetera sunt enim , Psal.
102. v. 27.

3. Tempus quidem, horam, diem, annum, quando sit
futurum, nesciunt Angeli, minus homines: sed Pater sibi
reservauit, Act. 1 Marc. 13.

Hoc tamen de tempore scimus, quod in die nouissimo
sunt transiit cælum & terra , cum omnibus quæ in iis
sunt.

4. Quomodo cælum & terra sint peritura: 1. scilicet
in igne. 2. subito, 3. magno cum fragore, 4. vbi clementa
liquefcent, id omne Petrus eleganter expressit, 2. Petri 3.
v. 10. mutuatus pleraq; ex Elia. 5. 1. v. 6 & 66. v. 16.

5. Quid post futurum , & vbi mansuri cœlesti , cum o-
mnia transibunt , etiam ex Elia. 6. v. 17. & Petro constat:
Nouos cœlos, & nouam terram esse creanda.

De hac eadem materia vide etiam supra in hac parte
Promptuarie , Dispositionem Thematis LXIV. & The-
matis X. C. VII ex Veteri Testamento. Sic etiam quis hu-
ius loci usus , ibi annotatum, quod hoc referri debet: sci-
licet, . Non timendum nisi illud incendium.

2. Non debere nos esse illudores, sicut Petrus 2. Petri. 3.
prædixit, sed præparare corda , ut inueniamur accepti, &
digni simus stare ante filium hominis, Luc. 21. v. 36.

3. Non tantopere diligendum mundum & hæc terre-
na, quia omnia aliquando peritura. Vide ibi.

II. Pars.

Verba autem meanon transiibant, inquit Christus:
quaeruim de fine seculi vobis prædixi , tam certo suum
complementum erunt habitura, ut ruina cœli & terræ te-
berur, fuisse mea verba minime fallacia.

Hæc vero non tantum de verbis huius capititis, aut tan-
tum de verbo, quod finem seculi prædicauit, intelligenda
sunt: sed de omni verbo diuino: Legis scilicet & Euangeli:
hoc est, verbo promissionis & comminationis.

1. Sic

THEMA XIII. EX NOVO TEST. 449

1. Sic enim de lege Matth. 5. v. 18. Christus, non cader
vnu apex. Idem Luc. 16. v. 17.

2. De verbo Euangelij: Verbum Domini veritas, &c.
Psal. 33. v. 4.

Et in genere saepius scriptura monet, verbum Domini
manere in eternum, cum omnia alia perirent & consu-
mantur. Psal. 119 v. 89. & 96. Esa. 40. v. 8. 1. Pet. 1. v. 25.

Nunquam enim mentitur: semper manet verax & con-
stans, Num. 23. v. 19.

Nunquam irritum sit verbum, nunquam mutatur,
Esa. 46. v. 10. & 1. in fine capituli.

Nunquam fallit. Nunquam aberrat a vero.

Vix si huius loci de firmitate & veritate verbi diuini
multiplex esse potest.

1. Ad CONSOLATIONEM facit. Quia enim omnes
illius promissiones sunt certissimae, quas non reuocat,
nesciens mentiri Deus, Tit. 1. vers. 2. & quia dona illius
sunt ~~aperte, manifesta~~, Rom. 11. vers. 29. nec unquam possunt
sieri irrita, cum nitantur fidei promittentis indubia;
ideoque semper cum Abraham contra spem in spem
creendum, Rom. 4. v. 18.

Et sic credendum in fide, ut robusti fiamus in fide, tri-
buentes gloriam Deo, certa persuasione concepta, quod,
qui promisit, potens sit seruare, &c. ibid. v. 20. & 21.

Cum ergo dixerit Dominus, Noli timere, Ego tecum,
Ego feram, Ego non relinquam, Ego reficiam, &c. Esa. 41.
v. 10. & 43. v. 1. & 46. v. 4. Joh. 14. v. 18. Matth. 1. v. 28. mi-
nime de hoc dubitandum, sed his promissis inhærendum
firmissime. Sic de cæteris.

Huc pertinent illa scripturæ testimonia, Numer. 23. v.
19. Psal. 33. v. 11. & 117. v. 2. Esa. 5. v. 6. in fine, & 54. v. 10.

I. AD MONITIO etiam hinc notanda. Quia e-
nim Deus non verax tantum in promissis, & non tan-
tum manet verbum Euangelij: sed etiam verbum legis,
& veraces etiam comminationes; monemur ne simus ir-
risores & contemptores sicut illi, Jerem. 6. v. 10. & 7. v. 27.

Ff. Esa.

Esa. 28. v. 15. Esa. 5. v. 19. **L**aß herfahren / 20. Neque etiam illud verbum iritum sit, quod penas minatur. Huc pertinent ea, Tob. 14. v. 6. 1. Sam. 15. v. 29. Esa. 46. in fine. Jer. 11. v. 14. & 15. v. 1. Esa. 47. v. 3. Nemo precibus me detinet: sed vindicabo.

F I N I S.

T H E M A XIV.

Ioh. 3. v. 13.

Nemo ascendit in celum nisi qui descendit, filius hominis, qui in celo est.

D I S P O S I T I O.

Nota esse debet & potest ex Genes. 3. v. 24. historia illa, quomodo Protoplasmox, postquam peccauerunt sua inobedientia, eiekti & pulsii sunt Paradyso. Sicut autem horto illo voluptatis eiekti, ita simul propter commemoratam inobedientiam è celo etiam pulsierant, cum omnibus posteris, & à coelesti vita perpetuo debebant exulare: si non Deus misericors aliam inuenisset viam, per quam ipsos peccatores, cum omnibus similem pœnitentiam acturis, celo restitueret.

Quomodo autē id factum sit, præsens docet sententio la Christi, una ex præclarissimis totius scripturar. Quamvis autem sententia sit trita & per se clara, multi tamen illam nec intelligunt recte, nec interpretantur sobrie.

Ratio est, quod non intelligunt.

1. *Quis filius ille hominis, de quo hic sermo est:*
2. *Quid sit in celo esse: vel*
3. *De celo descendere: & rursum*
4. *In celum ascendere. His iam explicatis vsus huius loci per se facile patet.*

I. Explicatio Phrasewm:

- I. *Quis sit filius ille hominis notandum. Et enim multi quoque alij hoc nomine sapienti vocantur in scripturis,*

præ-